



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindiciæ Pro Nicolao Smitheo, Contra censuram nomine
Facultatis Parisiensis editam in eiusdem librum, cui
nomen, Modesta & brevis Discuſſio, &c.**

Goffar, Antonius

Leodii, 1631

Capvt Quartvm. Refutatio Ce[n]suræ in quæſtionem primam Discussoris,
& de Episcopo Chalcedonensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38773

XXXXXXXXXXXX

CAPVT QVARTVM.

Refutatio Césuræ in quæ-
stionem primam Dis-
cussoris, & de Epis-
copo Chalce-
donensi.

Ex quæstione 1. num. 12.



Contra prudētiam
probat (DOCTOR
KELLISONVS) suā
cōclusionem per
principia duriora & incre-
dibiliora, quàm sit ipsa cō-
clusio. Exempli gratiā, vt
probet necessitatem Epis-
copi in Anglia, vtitur his
N miris

miris & ineptis propositio-
nibus; quod sit de iure di-
uino, & sit lex diuina pro
vnaquaque peculiari Ec-
clesiâ, vti Anglia est; vt E-
piscopũ habeat, quod sine
Episcopo Anglia non possit
esse particularis Ecclesia:
quod nisi vnaquæque par-
ticularis Ecclesia suum ha-
beat Episcopum aut Epif-
copos, tota & vniuersalis
Ecclesia non esset vti Chri-
stus instituit, Hierarchia
composita ex diuersis par-
ticularibus Ecclesijs: Quod
sine Episcopo non possi-
mus habere Confirmatio-
nem, quâ quicumque ca-
ret, non est, sicut M. Doctor
ait, perfectus Christianus:
Quæ omnia principia peio-
ra

Pro Nicolao Smitheo. 291
ra sunt ipsa conclusione, &
à nobis demonstrata sunt
nullum omnino habere fū-
damentum.

Censura.

Ista propositio in quan-
tum vocat (miras & inep-
tas propositiones, & prin-
cipia duriora, incredibilio-
ra, peiora) dicitque ea nul-
lum omnino habere funda-
mentum; quæ tamen vni-
uersalis Ecclesiæ praxi &
sensui conformia sunt, toti
Ecclesiæ probrosa est, eius-
que status distinctiua nouã
& insolentem doctrinam
continens, quæ in errorem
inducere potest.

N 2

Refu

Refutatio.

59. **M**itto versionis ineptiam in nonnullis : ad rem accedo. Hic Censores vnico complexu multa conglobant, approbantque impia, & absurdissima. Impium est dicere, iuris esse diuini, ne Anglia persecutionis tēpore sine particulari suo Episcopo relinquatur, sequeretur enim tot Romanos Pontifices doctissimos pariter & sanctissimos, qui per tempus longissimum ei Episcopum concedere noluerunt, violati iuris diuini reos esse. Hoc dicunt Censores, estque blasphemum, & erroneum.

Pro Nicolao Smitheo. 293
neum.

Dicunt etiam, nisi vna-
queque particularis Eccle-
sia suum habeat Episcopū,
sequi, quod tota Ecclesia
non sit ea Hierarchia, quā
Christus instituit. Itaque
secundum Cēsores, si sum-
mo Pontifici videatur, vel
vnā in toto mundo Ec-
clesiam particularem sine
Episcopo ob causas relin-
quere, forma vniuersalis
Hierarchiæ à Christo præ-
scripta violatur, quæ do-
ctrina sine dubio & Ponti-
ficis potestatem destruit,
estque in se hæretica. De-
nique doctrinam vocant
nouam, insolentem, quæ-
que in errorem possit in-
ducere, quod aliquis alius

N 3 præ-

præter Episcopum dare
 possit Sacramentum Con-
 firmationis. Quæ Censura
 contumeliosa est in Conci-
 lium Florentinum, & erro-
 nea. Concilium enim de Sa-
 cramento Confirmationis
 hæc habet verba : *Legitur
 tamen aliquando per Apostoli-
 cæ Sedis dispensationem ex ra-
 tionabili & urgente admodum
 causâ simplicem Sacerdotem
 Chrismate per Episcopum con-
 fecto hoc administrasse Confir-
 mationis Sacramentum.* Nes-
 cio quid hîc dicturi sint, ni-
 si fortè vt appellent à Cō-
 cilio Florentino ad schif-
 maticum suum Concilia-
 bulum Basileense, vt olim
 fecerunt.

Conci-
 liū Flo-
 rentinū
 in de-
 creto
 Euge-
 nij, 4. §.
 Secun-
 dū Sa-
 cramē-
 tum.

De

De Episcopo Chalcedonensi.

Rationes quibus Author
huius operis quæst. 7.
num. 5. auertere conatur
Catholicos ab erogandis e-
leemosynis Episcopo Chal-
cedonensi contra pietatem
& charitatem pugnant. Pri-
ma quod non teneatur Ca-
tholici sustentare aliquem,
qui non sit Ordinarius lo-
ci, falsa est, temeraria, ver-
bo Dei contraria, & in Re-
ligiosorum vbique versan-
tium præiudicium facilius
trahi potest.

Secunda, quod ab Epif-
copo Chalcedonensi Laici
nullum commodum, excep-
to Sacramento Confirma-

N 4 tio

tionis , percipere possint ,
falsa est, Breuis Apostolici
verbis apertè redargui po-
test , & si ad omnes Episco-
pos Ordinarios extēdatur,
est hæretica.

Tertia , quâ sub aliorum
nomine prætendit multa
incommoda ex admiffione
illius contigisse , nimiam
sapit prudentiam humanã,
quæ est inimica Deo.

Quarta denique , quâ sub
alieno nomine adhuc præ-
tendit Chalcedonensem E-
piscopum impensurum e-
leëmofynas in seditionibus
& factionibus nutriendis,
temerarium continet iudi-
cium.

Refu-

Refutatio.

QUòd Author Catholico-
cos ab erogandis eleē-
mosynis Episcopo Chalce-
donensi auertere conetur,
calumnia est; eos enim eo-
dem loco prolixè & mag-
nificè, adductâ S. Chryso-
stomi de laudibus eleēmo-
synæ sententiâ, ad id hor-
tatur. Solùm vt eleēmosy-
næ & gratuitæ oblationes
sint, non exactiones, quam-
diu Sedes Apostolica nihil
tale præscribit. Quod aiunt
falsum esse, &c. quod non
teneantur Catholici ex iu-
stitiâ sustentare nisi Ordina-
rios, expressa est senten-
tia S. Thomæ à Discussore

60.

Nicol.
Smi-
theus
in q. 7.
n. 5.

N 5 al

¶ 2.2.
q. 188.
art. 4.
ad 4.

¶ Cap.
Legatos
de off.
Legati
in 6.

allati^a: *Plebs*, inquit, *fi-*
delis non tenetur ex debito iu-
ris ad sumptus ministrandos
nisi Ordinarijs Prelatis. Hoc
damnant Censores. Acce-
dit ita stylum habere; non
enim exigit Summus Pon-
tifex, vt Prouinciæ alant
Legatos, seu Nuntios Apo-
stolicos, etiamsi ad bonum
eorundē mittantur, & qui-
dem cum iurisdictione Or-
dinariā, vt ibidem *Euellant,*
& dissipent, & adificent, &
plantent, vt dicitur^b; tamen
quia sunt Ordinarij extra-
ordinariè, & Legati alte-
rius, ideò ijs sumptus sup-
peditat ex suo arario Sum-
mus Pontifex. Quare quo-
ad alios Delegatos, nisi a-lium modum præscribat

Pon^a

Pontifex, viuere ij debent
ex spōte oblati, & eleemo-
synis, ex charitate impen-
fis, vel consuetis etiam ob
particularia ministeria sti-
pendijs. Facileque admit-
timus quod obijcit Censu-
ra hoc trahi posse contra
Religiosos, si tamen contra
ipfos sit, quod ipsi vel ma-
ximè profitentur, videli-
cet se potestatiuè sump-
tus à populo non exigere,
vt docet S. Thomas loco
citato.

Quoad reliqua nō dispu-
tat Author, quid possit in
Angliâ plus à R^{mo} Chalce-
donensi præstari, quàm à Sa-
cerdote præter Confirma-
tionem, vt falsò imponi-
tur, sed quid de facto præ-

N 6

stitum

stitum sit, de hac facti ma-
teriâ non est Facultatis Ri-
cheristicæ, sed Ecclesiæ
Romanæ dijudicare. Quã-
uis nec facilè apparet, quid
possit amplius præter Con-
firmationem, quàm alij Sa-
cerdotes, per priuilegia Se-
dis Apostolicæ facerent,
cùm Ordines non in An-
gliâ, sed in Seminarijs sus-
cipiendi sint. De cætero te-
merè iudicant Censores,
& peccatum vsurpati iudi-
cij committunt, dum ita
arroganter damnant omnes
in Angliâ, qui putant iac-
turam charitatis, discor-
dias, aliaque incommoda
ex R^{mi} Chalcedonensis ad-
uentu in Angliam consecu-
ta esse, non vitio potestatis,
sed

Pro Nicolao Smitheo. 301
sed hominum, vel tempo-
rum. Nimis petulanter a-
gunt, dum causas ad se nihil
pertinentes, ad solam Se-
dem Apostolicam spectan-
tes, quasque non intelli-
gunt, ita præsumptuosè di-
judicant.

Atque ex his abūdè de-
monstratum (LECTOR BE-
NEVOLE) non dubito, qui-
bus laboret vitijs, quot frau-
dibus, & mendacijs, quàm
fædis scateat erroribus Ri-
cheristarum in Nicolaum
Smitheum Censura. Mul-
ta ab ijsdem profecta sunt
eiusdem farinae. Non dee-
runt fortè, qui stultitiam in
leuiculorum istorum ho-
minum corde colligatam,
debitæ confutationis fla-
gello

61.

gello dissipent, dedoceant-
que, quamuis, cùm omniũ
idem sit argumentũ, ijdem
aduersarij, eadem dispu-
tationis materia, eadem-
que ferè Censura, quæ pro
vno diximus ita abundè,
alijs defendendis infer-
uiunt, vt qui plura dicat,
videri possit actum agere.
Quicquid sit, hîc impræ-
sentiariũ graues ob causas
sistendum est. Quod si stylo
vsus sim, Scholastico illo
quidẽ, minusque compto,
at aculeatori, quàm in-
ter Catholicos Scriptores
optandum esset, arbitrium
esto penès æquum Lecto-
rem, num Censura tam
iniusta, & omnium fortè ab-
hominũ memoriã iniustif-
sima,

Pro Nicolao Smitheo. 303

fima, iustissimæ indignationis excusationem abudè non suppeditet. De cætero Sacro-sanctæ Apostolicæ Sedis iudicio omnia subijcio, hanc solam omnium Christianorum matrem, ac magistram, huiusque controuersiæ competentem arbitrum agnosco, quæ materno affectu supplicum filiorum, siue errata corrigat, siue innocentia patrocinetur; huic soli in hac causa sto, aut cado, non Richeristicæ Synagogæ, quæ plagiariæ illius meretriculæ Hebrææ instar ^{3. Re-} alienos foetus sui iuris est ^{gum 3.} se mentitur, vt per pietatis speciem parricidium cõficiat. Huius inanes iras,
& di-

& diras, fulminationes ca-
 fas, & a fininam, quam so-
 lam sapiunt nœniam, fal-
 sum, temerarium, scandalosum,
*Hierarchici Ordinis destructi-
 uum, &c.* despiciere cuius
 cordato in promptu erit.

Te ergo *VRBANE* Octa-
 ne Pontifex Optime Maxi-
 me, te Beatissime Pater, ac
 Domine, Parentem ac Iu-
 dicem appello, ad sacrosan-
 ctos pedes tuos supplex, im-
 bellis, sola causæ innocen-
 tia fretus, me prosterno.

Psal. 16 *De vultu tuo iudicium meum*
v. 2. *prodeat, oculi tui videant æ-*
quitatē. Si Richeristica hæc
 Censura pietati, charitati,
 & Christianæ iustitiæ con-
 sentanea sit, damner ego,
 proscribar ego, omnium
 Chri-

Pro Nicolao Smitheo. 305
Christianorum linguis, &
calamis configar. Sin verò
post homines natos nihil il-
lâ indignius, nihil in innu-
merabiles Doctores Ca-
tholicos iniustius, ab huius-
modi Schola aliquândo pro-
fectum, si contra omnia iu-
ra diuina, & humana, au-
thoritatem alienâ vsurpât,
libros alienos deprauant,
probatissimas Doctorem
sententias damnant, erro-
res effutiunt: fanè nō erit,
quod iudicium tuum, Bea-
tissime PATER, reformidē,
cuius generoso pectori scio
altè infixum illud, nō tantū
gloriosi Decessoris tui In-
nocentij: sed sacræ etiam
paginae oraculum: *Sicut ma-
gnam ita paruum iudicabit.*

Inno-
centius
III. in
cap. No-
uū, de
Indicijs
Deuter.
I. v. 17.

FINIS.